



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica**

**Huet, Pierre Daniel**

**Parisiis, 1679**

II. Quo sensu Christus dicatur Germen, & Radix, & Virga, & Flos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-16260**

Isa. 45. 8. Rorate cæli de super, & nubes pluant justum; aperiatur terra, & germinet Salvatorem.

Isa. 53. 1. 2. Quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui revelatum est? & ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti.

Jerem. 23. 5. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & suscitabo David germen justum.

Jerem. 33. 15. In diebus illis, & in tempore illo germinare faciam David germen justitia.

Ezech. 34. 29. Et suscitabo eis germen nominatum.

Zach. 3. 8. Ecce enim ego adducam seruum meum Orientem.

Zach. 6. 12. Hac ait Dominus exercituum, dicens, Ecce vir, Oriens nomen ejus.

radix David, aperire Librum.

Apoc. 22. 16. Ego Jesus misi Angelum meum testificari vobis hæc in Ecclesijs, Ego sum radix & genus David.

I. Affertur ex Philone Zachariani hujus loci expositio. II. Quo sensu Christus dicatur Germen, & Radix, & Virga, & Flos.

Affertur ex Philone Zachariani hujus loci expositio. Euseb. Præp. libr. II. cap. 15.

I. PRÆCLARAM affert ex Philone Zachariani hujus loci expositionem Eusebius. Inuitatum est, inquit, vocabulum hoc, Oriens, si eum intelligas qui corpore & animo constet. Quod si incorporeum illum divinam imaginem gerentem accipias, aptissime in eum convenire fateberis dictionem istam: hunc quippe antiquissimum Filium oriri fecit rerum omnium parens Deus, quem alibi Primitivum appellat, qui Patris vias secutus, & ad primigenia illius exemplaria respiciens, formas effinxit.

Quo sensu Christus dicatur Germen, & Radix, & Virga, & Flos.

II. Porro quemadmodum Germen, & Radix, & Virga, & Flos dicitur Christus, ita Heroas suos Antiqui Deorum germina appellabant. Scitent exemplis libri Poëtarum. Hic ἔρπον ἀπὸ, germen Martis, ille ἰδὸς ἔρπον, Jovis germen, & ἑλὼς δαδὸς, Jovis ramus. At Christus Germen est, & Radix Davidis, Virga Israël, Virga Jesse, Vitis vera, Radix sancta.

CAPUT LX.

Discipuli Jesu, germina, plantæ, palmites, rami.

PSALM. 79. 15, & seq. Deus virtutum convertere: respice de caelo, & vide, & visita vineam istam: & perfice eam quam plantavit dextera tua, & super Filium hominis, quem confirmasti tibi. . . . . Fiat manus tua super virum dextera tua, & super Filium hominis, quem confirmasti tibi.

Isa. 35. 1, & seq. Letabitur deserta & invia, & exultabit solitudo, & florebit quasi liliolum. Germinans germinabit, & exultabit letabunda & laudans: gloria Libani data est ei: decor Carmeli & Saron, ipsi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei nostræ.

Isa. 60. 21. Populus autem tuus omnes justus, in perpetuum hereditabunt terram, germen plantationis meæ.

Isa. 61. 1, & seq. Spiritus Domini super me, eo quod unxit Dominus me . . . . . ut ponam rem lugentibus Sion, & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro spiritu morosis, & vocabuntur in ea sortes justitia, plantatio Domini ad glori-

MATH. 15. 13. At illa respondens ait, Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus cælestis, eradicabitur.

Joh. 15. 5. Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum.

Rom. 6. 5. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus, simul & resurrectionis erimus.

Rom. 11. 16, & seq. Si radix sancta, & rami. Quod si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum oleaster esses, insertus es in illis, & facius radicis, & pinguedinis olivæ factus es, noli gloriari adversus ramos. Quod si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te.

1. Cor. 3. 6, & seq. Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit. Inaque neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Qui autem plantat, & qui rigat, unum sunt. Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Deus enim sumus adjutores;